UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00299441 6

Canterbury and York Society
Canterbury and York series
v.16(1913-14)

BX
5013
C3
A2
v.16

PART XXXIX. EXTRA PART 1913-14.

Inc. 16

The

# Canterbury and York Society.

LIBRARY
DEC 15 1914
UNIVERSITY OF TORONTO

# DIOCESIS WINTONIENSIS,

REGISTRUM JOHANNIS WHYTE.

LONDON: ISSUED FOR THE SOCIETY AT 124, CHANCERY LANE.

## NOTE.

This extra part has been transcribed and printed at the expense of Herbert Chitty, Esq., the Honorary Treasurer, and presented by him to the Society.

The Canterbury and York Society.

*GENERAL EDITOR: REV. F. N. DAVIS.*

# DIOCESE OF WINCHESTER.

CANTERBURY AND YORK SERIES.—VOL. XVI.

# Registrum Johannis Whyte,

## EPISCOPI WINTONIENSIS,

A.D. MDLVI—MDLIX.

TORONTO LIBRARY

WITH A PREFATORY NOTE BY

THE REV. W. H. FRERE, D.D.

25 6020
1: 7: 31

London:
ISSUED FOR THE CANTERBURY AND YORK SOCIETY,
AT 124, CHANCERY LANE.
MDCCCCXIV.

BX
5013
C3A2
v.16

# INTRODUCTORY NOTE.

THE Marian Registers are not as a rule very interesting and this Register of Whyte is no exception. In the southern province the Registers of Canterbury (Sede vacante and Pole) and of London (Bonner restored) are the most valuable. Some important documents are to be found at Chichester, Rochester, and Wells, while the group of Registers containing the Acts of Voysey (restored) and Turbervile at Exeter stand out conspicuous for fulness and method. But as a rule the records are jejune and muddled. The Winchester registrar does not distinguish himself. When Gardiner was restored and superseded Ponet, he confined himself to registering the institutions and collations, but made chaos of them by repetitions and transpositions. When Whyte succeeded in 1556, he began well with the full Acts of the Enthronement, and two commissions for a Vicar-General. But after that great effort he was content to do no more than register collations and institutions.

Perhaps Whyte himself was not encouraging. We know that he did not come to be enthroned in person, and there is little sign of his active participation in the work of the diocese. Wykehamist though he was, by education, offices, and associations, he was apparently mainly employed elsewhere than in his diocese, after he had procured his translation thither from Lincoln. The main outline of his life may be gathered from the notice of him in the *Dictionary of National Biography*; and his Register adds nothing to that, but these negative reflections.

The account of the enthronement contains no special points of interest, except for the transitional state of things which it reveals. The old position has gone, for the Winchester Chapter is no longer monastic: but the Latin rites and ceremonies are observed once more before the English form of them takes their place in the new order of things.

The two Commissions for the Vicar-General are in two common forms; the second amplifies the first in certain respects; and differs from it, among other things, in making reference to Pole's Synodal Constitutions, and to Regulars, who had now been restored in four or five places, most recently and most notably at Westminster in November 1556. This restoration has also left its mark on other pages of the Register, for two of the vacancies which were filled in

December 1556 were due to the late incumbent's entry into religion, and two more cases occurred in the February following. (pp. 18, 19, notes.)

The only sign of deprivation which appears, is in an entry of January 1, 1559. It probably is not connected with any question of the religious controversies of the day. Resignations are few, and death is the usual cause of vacancy. Patronage seems to be changing hands: Jane, Lady Southampton appoints to four benefices in eighteen months, so possibly she had been buying up advowsons. One of them, at any rate, that of Kingsworthy, had been, fifteen months before her appointment, in the hands of Stuarde, the Vicar-General, as representative of the Abbot of Hyde. But the institutions are too few to serve as basis for any secure deductions.

Whyte's affection for the two Colleges of Wykeham continued steadfast to his death. In August 1555, nearly a year after he had resigned the Wardenship of Winchester, he sent to the two Wardens a cup to "remayne as an ymplemente of the electyon hereafter" and as "Election Cup" it stills survives at Winchester College. At his death he left legacies to both Colleges; among the valuables left to Winchester College were a crozier and a mitre, which were duly received and acknowledged; but they must before long have been treated as "monuments of superstition" under the new regime, to which the bishop himself had fallen a victim. His first experience of it resulted from the funeral sermon of Queen Mary in which he made disparaging references to Elizabeth.[1] This only cost him a month's forced retirement in his own house. His latest presentation is of March 30, 1559 —and significantly too: for on the following day he began his part in the Westminster Abbey disputation, which landed him in the Tower. He was deprived at Midsummer, and died on the 11th or 12th of January, 1560, having spent the last six months in his sister's house at South Warnborough, Hants.

His successor, Horne, was not consecrated till Feb. 27, 1561, and his presentations began on March 26. The records in the interval are to be found in the Canterbury *Sede vacante* Register of 1558, 9, at f. 90, and subsequently in the *Parker Register*, pp. 202-214.

Whyte's Register consists of fourteen leaves of vellum (18 in. by 12½ in.), bound in a modern binding. The lower right hand corner of the first leaf is gone, causing the gaps in the first document, which are noticeable below on pp. 2, 4.

W. H. FRERE.

---

[1] Though it is said that these references mentioned by Strype do not occur in the extant MS. copy. [Ed.]

# Registrum Johannis Whyte, Episcopi Wintoniensis.

---

REGISTRUM REVERENDI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI DOMINI JOHANNIS PERMISSIONE DIVINA WINTONIENSIS EPISCOPI ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO QUINQUAGESIMO SEXTO ET TRANSLATIONIS SUE ANNO PRIMO INDICTIONE DECIMA QUARTA PONTIFICATUS SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI NOSTRI DOMINI PAULI DIVINA PROVIDENTIA HUIUS NOMINIS PAPE QUARTI ANNO SECUNDO

## REGISTER OF JOHN WHYTE

### ADDITIONS AND CORRECTIONS

p. 1, l. 10 from foot. *For* obedienciam *read* obviam.
Index, p. 28. *For* Farley (Falley) *read* Fawley (Falley).
„ „ *For* Hambledon [Hants] *read* Hambledon [Surrey].
„ p. 29. *For* Milton (Myddleton) [Hants] *read* Middleton (Myddleton) [Longparish, Hants].
„ „ *For* Noneton *read* Nuneaton (Noneton) [Warw.].
„ p. 30. *For* Sutton [Surrey] *read* Bishop's Sutton [Hants].

cum solemni processione ad Ecclesiam Cathedralem Wintoniensem devote et honorifice adduxerunt. Ad cuius quidem Ecclesie Cathedralis magnum medium hostium decanus et capitulum eiusdem Ecclesie Cathedralis cum aliis ministris capis induti prefatum procuratorem [devotius] receperunt ac dictus procurator procuratorium suum literatorium pro rev[erendo] patre antedicto prefato decano et capitulo exhibuit ac se partem pro eodem

# Registrum Johannis Whyte, Episcopi Wintoniensis.

---

Registrum reverendi in Christo patris et Domini Domini Johannis permissione divina Wintoniensis Episcopi Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo sexto et translationis sue Anno primo indictione decima quarta pontificatus sanctissimi in Christo Patris et domini nostri Domini Pauli divina providentia huius nominis pape quarti Anno Secundo sequitur.

[*Documents relating to the enthronement.*]

In Dei Nomine Amen. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum quod anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto indiccione xiiij[ta] pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providentia illius nominis pape quarti anno primo [*sic*] mensis vero Septembris [die] vicesimo primo, in meique notarii publici ac testium inferius nominatorum presencia constitutus personaliter venerabilis et egregius vir Magister Johannes Leeffe Legum doctor, procurator in subscriptis ut asseruit Reverendi in Christo patris et domini domini Johannis permissione divina Wintoniensis Episcopi ac[*sic*] suam presenciam in Ecclesia Beate Marie Kalendis in Civitate Wintoniensi exhibuit, Ubi cum magna pars cleri Civitatis Wintoniensis ac etiam Maior Civitatis Wintoniensis et eiusdem Civitatis Aldermani et ceteri Officiarii ac nonnulle alie persone eidem obedienciam cum reverentia dederunt, Ac ipsum venerabilem virum procuratorem dicti reverendi patris predictum ab Ecclesia predicta cum solemni processione ad Ecclesiam Cathedralem Wintoniensem devote et honorifice adduxerunt. Ad cuius quidem Ecclesie Cathedralis magnum medium hostium decanus et capitulum eiusdem Ecclesie Cathedralis cum aliis ministris capis induti prefatum procuratorem [devotius] receperunt ac dictus procurator procuratorium suum literatorium pro rev[erendo] patre antedicto prefato decano et capitulo exhibuit ac se partem pro eodem

reverendo patre f[ecit]. Quod quidem procuratorium dictus decanus [per] me notarium publicum subscriptum legi [manda]uit. Tenor procuratorii sequitur et est talis :—Pateat Universis [per] presentes quod cum alias sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina pro[videntia] huius nominis papa quartus modernus nos Johannem Whyte Sacre theologie [professorem] a Sede et dignitate Episcopali Lincolniensi cui nuper prefuimus ad Ecclesiam [Cathedralem] Wintoniensem per mortem naturalem recolende memorie Stephani nuper E[piscopi] . . . . ac presulis et pastoris solacio destitutam, ad commendacionem illustrissimor[um principum] et dominorum nostrorum Philippi et Marie dei gratia Regis et Regine Anglie [Hispani]arum Francie utriusque Sicilie Jherusalem et Hibernie, fidei defensor[um Archiducum] Austrie ducum Burgundie Mediolani et Brabantie comitum Hasp[ergi Flandrie] et Tirolis transtulerit ac in Episcopum et pastorem eiusdem ecclesie [et predicte] ecclesie Wintoniensi de persona nostra providerit . . . . domini nostri pape . . . . prefatus Johannes sicut premittitur in episcopum ecclesie Wintoniensis . . . . atque nonnullis arduis et urgentibus negotiis ad presens . . . prepeditum infrascriptum . . . nobis in Christo venerabiles dominos magistros Johannem . . . Boxall gardianum colleg[ii] Sancte Marie
[Fo. 1d.] prope Wintoniam . . . . coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum, Ita quod non sit melior conditio occupantis nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit quilibet ipsorum id libere prosequi valeat mediare pariter et finire, nostros veros et legitimos procuratores actores factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes. Damusque et tenore presentium concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim ut prefertur et divisim potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice et nomine nostris coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Reginaldo, miseracione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Pole nuncupato Cantuariensi Archiepiscopo tocius Anglie primate et apostolice sedis Legato nativo necnon ad illustrissimos in Christo principes Philippum et Mariam Anglie Francie et Hibernie Reges et universa Anglie et Hibernie regna Sanctissimi domini nostri pape et eiusdem apostolice sedis etiam de Latere Legato loci illius metropolitano reverendoque viro domino Archidiacono Cantuariensi aut eius officiali Necnon Decano et Capitulo dicte Ecclesie Cathedralis Wintoniensis seu eorum vices gerentibus in domo capitulari ibidem

seu alibi respective comparendi, Nosque a personali compariçione in hac parte excusandi ac causam et causas absentie nostre huiusmodi allegandi proponendi et si opus fuerit probandi ac fidem desuper Bullas quoque papales et literas apostolicas tam nobis prefato Johanni Episcopo prefecto et proviso de et super translacione prefectione et provisione persone nostre ad dictam Ecclesiam Cathedralem Wintoniensem, quam alias literas apostolicas dicto Decano et Capitulo ad acceptandum et admittendum nos eundem Episcopum tanquam patrem et pastorem animarum suarum obedientiamque et reverentiam nobis debitam exhibendum et prestandum respective factas et directas seu earum aliquas prout oportunum videbitur eisdem Reverendissimo patri Archiepiscopo Archidiaconoque officiali ac decano et Capitulo memoratis, Necnon aliis quibuscunque in hac parte interesse habentibus vel eorum aliquibus quocies et quando opus fuerit realiter presentandi ostendendi notificandi et intimandi easque alias et aliunde si et quatenus natura et qualitas negocii huiusmodi id exigerit et postulaverit publicandi et insinuandi, Nos quoque predictum Johannem Episcopum memoratum ad iurisdictionem dicte Ecclesie Cathedralis Wintoniensis atque ad exercitium eiusdem iuraque spiritualia et ecclesiastica quecunque ad dictum Episcopatum spectantia et pertinentia per prefatum Reverendissimum patrem Archiepiscopum et metropolitanum seu eius auctoritate in persona unius procuratorum nostrorum predictorum realiter et cum effectu restitui necnon in realem actualem et corporalem possessionem dicte Ecclesie Cathedralis Wintoniensis et dignitatis episcopalis eiusdem cum omnibus et singulis honoribus privilegiis prerogativis preeminentiis atque iuribus et pertinentiis tam spiritualibus et ecclesiasticis quam temporalibus et secularibus universis iuxta et secundum ipsius ecclesie statuta ordinationes et consuetudines atque preteriti temporis morem ibidem usitatum Cum plenitudine iuris episcopalis in eadem Ecclesia per dictum Dominum Archidiaconum aut eius officialem eiusve auctoritate induci imponi installari et intronisari stallumque sive sedem Episcopalem in Choro et locum in Capitulo Episcopo ibidem ab antiquo assignari solitos et consuetos nobis quatenus videbitur expediens assignari et limitari petendi requirendi obtinendi et impetrandi, Necnon restitucionem possessionem inductionem installacionem et intronisacionem huiusmodi ingrediendi nanciscendi et adipiscendi ac illas sic nactas et adeptas retinendi conservandi custodiendi tuendi defendendi et continuandi. Quodcunque insuper iuratum licitum et honestum et canonicum tam de iure quam de consuetudinibus ordinationibus aut statutis

dicte Ecclesie Cathedralis seu alias a nobis in et circa premissa quomodolibet requisitum necessarium seu oportunum in animam nostram prestandi subeundi et iurandi Canonicum [*sic*] quoque obedienciam ac iuramentum canonice obedientie atque aliud Juramentum licitum et honestum de iure aut statutis ordinacionibus seu consuetudinibus prenarratis a Decano et Capitulo canonicisque maioribus et minoribus ac ceteris ipsius ecclesie Cathedralis ministris Episcopo ibidem pro tempore existenti exhiberi et prestari [s]olitum et consuetum pro nobis ac vice et nomine nostris ab eisdem et eorum quolibet re[q]uirendi exigendi recipiendi acceptandi et admittendi, Et generaliter omnia alia [et] singula in premissis seu circa ea aut eorum aliquodlibet de iure seu dicte ecclesie Cathedralis [m]ore statutis ve ordinacionibus seu consuetudinibus huiusmodi necessaria seu quomodolibet . . . . . [req]uisita aut oportuna etiam si maiora sint superius expressatis et mandatum de se [ma]gis exigant speciale quam superius est expressatum faciendi exercendi exequendi perimplendi [et e]xpediendi Alium Insuper vel alios procuratorem seu procuratores loco ipsorum procuratorum et cuiuslibet eorundem ad premissa omnia et singula substituendi Ac substitutum [aut sub]stitutos huiusmodi revocandi procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumendi . . . . . andi quotiens et quando id eis et eorum alicui melius videbitur expedire [procura]torio in suis pristinis robore et effectu nichilominus duraturo pro . . . . . [t]enore presentium promittimus, Nos ratum gratum et firmum
[Fo. 2.] perpetuo habituros totum quicquid dicti procuratores nostri seu eorum substituti fecerint aut fecerit ipsorum aliquis in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum nostrorum et in ea parte cautionem expono [*sic*] per presentes. In Cuius rei Testimonium quia Sigillum nostrum ad manus non habemus ideo Sigillum Curie Causarum Audientie Cantuariensis presentibus apponi obtinuimus. Datum decimo die mensis Septembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Sexto.

Lectoque procuratorio Dicti Decanus et Capitulum quoddam Juramentum per Episcopum Wintoniensem ante eius Installacionem prestandum idem Decanus et Capitulum ab eodem procuratore exigebant quod quidem Juramentum dictus procurator nomine procuratorio ipsius Reverendi patris genibus flexis super sacris sanctis Dei evangeliis per eum tactis et deosculatis prestitit quo quidem Juramento prestito Idem decanus et vicedecanus dicte Ecclesie Cathedralis eundem procuratorem reverenter Thurifi-

caverunt, Ipsumque cum processione solempni cantando in Ecclesiam Cathedralem Wintoniensem ad summum altare eiusdem solenniter adduxerunt et effusis oracionibus per ipsum procuratorem coram summo altare genibus flexis et oblacione per ipsum facta reliquiis existentibus super dictum altare Idem procurator in quadam sede coram dicto altare propter eum preparata causam sui adventus in sermone vulgari ostendebat et declarabat, Ac quasdam literas apostolicas more Romane Curie bullatas Decano et capitulo dicte Ecclesie Cathedralis coram eodem procuratore existentes tradidit inspiciendas, Quas quidem literas apostolicas dicti decanus et capitulum mihi notario publico Legendas fore tradiderunt quarum Literarum apostolicarum tenores sequuntur et sunt tales :—Paulus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis capitulo ecclesie Wintoniensis Salutem et Apostolicam benedictionem. Hodie venerabilem fratrem nostrum Johannem Episcopum Wintoniensem nuper Lincolniensem a vinculo quo ecclesie Lincolniensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam vestram Wintoniensem tunc per obitum bone memorie Stephani episcopi Wintoniensis extra Romanam curiam defuncti pastoris solacio destitutam, de simili consilio apostolica auctoritate transtulimus ipsumque illi in episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Wintoniensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eidem Johanni Episcopo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam Idem Johannes episcopus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud sanctum Petrum Anno Incarnacionis Dominice Millesimo Quingentesimo quinquagesimo Sexto pridie Nonas Julii Pontificatus nostri Anno secundo.

Post quarum quidem literarum apostolicarum lecturam per me Alexandrum Derynge notarium huiusmodi factam dicti decanus ecclesie Cathedralis ac capitulum et certi alii ministri eiusdem ecclesie Cathedralis Juramentum canonice obedientie dicto Reverendo patri coram eodem procuratore illud Juramentum nomine ipsius Reverendi patris exigente super sacris sanctis Dei evangeliis

per eos et eorum quemlibet tactis et osculatis prestiterunt. Quo facto dictus procurator quasdam alias literas apostolicas modo predicto bullatas clero episcopatus Wintoniensis ut asseruit directas per me notarium publicum subscriptum predictum publice legi mandavit et fecit sub huiusmodi verborum tenore videlicet Paulus *(etc.)* filiis clero Civitatis et diocesis Wintoniensis Salutem *(etc.)* transtulimus Ipsum illi in episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Wintoniensis sibi *(etc.)* mandamus quatenus eundem Johannem Episcopum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore et exhibentes *(etc.)* anno secundo. Post quarum quidem literarum lecturam dictus procurator nomine procuratorio dicti Reverendi patris Juramentum canonice obedientie a decano rurali decanatus Wintoniensis et diversis Rectoribus Civitatis et prope Civitatem Wintoniensem exigebat et recipiebat quo quidem Juramento sic prestito prefatus procurator duas alias literas apostolicas modo predicto Bullatas unam Bullam apostolicam populo episcopatus Wintoniensis et aliam Bullam vasallis episcopatus Wintoniensis directas et per me notarium publicum predictum publice legi mandavit et fecit. Tenores sequuntur:—Paulus *(etc.)* filiis populo Civitatis *(etc.)* continetur. Quocirca universitatem vestram monemus et hortamur attente vobis per apostolica scripta mandantes quatenus eundem Johannem Episcopum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes eius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis. Itaque ipse Johannes episcopus in vobis devotiores filios et vos in eo per consequens patrem benevolum invenisse gaudeatis. Datum Rome *(etc.)* secundo. Paulus *(etc.)* dilectis filiis universis vasallis ecclesie Wintoniensis Salutem *(etc.)* continetur. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Johannem Episcopum debite suscipientes et debita honorificencia prosequentes et fidelitatem solitam necnon consueta servicia et Jura sibi a vobis debita integre exhibere studiatis. Alioquin sententiam sive penam quam idem Johannes episcopus rite tulerit seu statuerit in rebelles *(etc.)* Secundo. Lectisque literis apostolicis predictis, Idem procurator nomine procuratorio ipsius Reverendi patris Juramentum obedientie et de faciendo servicia episcopo Wintoniensi de Jure et de antiqua consuetudine debita, et a maiore Civitatis Wintoniensis et diversis aliis personis et vasallis episcopatus Wintoniensis ibidem presentibus tanquam eorum domino prout de iure et consuetudine tenentur exigebat et recipiebat. Postmodum venerabilis vir Magister Johannes Boxall verbum Dei proposuit in sermone

vulgari ad populum Premissisque omnibus et singulis modo et forma predictis personaliter comparuit venerabilis et egregius vir Willelmus Cuffold decretorum doctor procurator[ium] venerabilis viri Magistri Nicholai Harpesfeld Archidiaconi Cantuariensis, ut asseruit sibi factum et sigillo dicti domini archidiaconi in cera rubea impresso ut apparuit sigillatum publice . . . . ebat et verbo exhibebat cuius quidem procuratorii tenor sequitur et est talis: Nicholaus Harpisfelde legum doctor archidiaconus Cantuariensis. Ad quem tam ex disposicione Juris quam tam ex antiqua et laudabili consuetudine hactenus usitatis cuius contrarii memoria hominum non existit, inductio installacio et intronisacio omnium et singulorum Episcoporum Cantuariensis provincie nostre dinoscuntur pertinere venerabilibus viris Willelmo Cuffold decretorum doctori Thome White Legum Doctori Willelmo Medowe et Thome Hardinge ecclesie Cathedralis Wintoniensis prebendariis salutem in domino Quum iam dudum dicta Ecclesia Cathedralis Wintoniensis pastore suo felicis memorie Stephani nuper episcopi ex morte destituta sit Et ad eandem ecclesiam sic vacantem Reverendus in Christo pater Johannes Lincolniensis Episcopus auctoritate pariter et provisione Sanctissimi in Christo patris et domini domini Pauli divina Providencia Pape quarti ab eadem sede Lincolniensi ad prefatam sedem Wintoniensem Legitime sit translatus, Et in eadem sede Wintoniensi sic vacante a nobis se induci installari et intronizari prelibatus Reverendus pater instanter
[Fo. 3.] Petierit Nos vero peticioni eiusdem Reverendi patris annuentes Et quia per varia et multiplicia negocia quibus iam prim[um] sumus impediti quominus Inductioni installacioni et intronizacioni prefati Reverendi patris personaliter interesse ut cupimus non possimus, Idcirco vobis de quorum fidelitate doctrina et circumspectionis industria plurimum confidimus coniunctim et divisim ad Inducendum installandum et intronizandum prefatum Reverendum patrem seu procuratorem suum Legitimum eius nomine in realem actualem et corporalem possessionem predicte sedis episcopalis Wintoniensis unacum suis Iuribus et pertinentiis universis ad omnem iuris effectum vices nostras committimus plenamque in domino tenore presentium concedimus potestatem. Et quid in premissis feceritis nos cum ad hoc debite fueritis requisiti debite certificet ille vestrum qui presens hoc nostrum mandatum fuerit executus autentice sub sigillo vel personaliter unacum presentibus. In Cuius rei Testimonium sigillum officii nostri presentibus est appensum. Datum duodecimo die mensis Septembris Anno domini Millesimo Quingen-

tesimo Quinquagesimo Sexto pontificatus predicti sanctissimi domini nostri pape Anno Secundo.

Lectoque procuratorio preinserto per me notarium Et scribam predictum Dictus Magister Willelmus Cuffold procurator huiusmodi nomine procuratorio quo supra auctoritate Christi ecclesie Cantuariensis ut asseruit prelibatum Reverendum patrem Dominum Johannem in Ecclesie Cathedralis et Episcopatus Wintoniensis Episcopum ac eiusdem episcopatus patrem et pastorem in persona dicti venerabilis Viri Magistri Johannis Leffe procuratoris predicti ut prefertur legitime in hac parte constituti intronisavit et solemniter installavit ac stallum episcopo Wintoniensi in dicta Ecclesia Cathedrali assignari solitum et consuetum eidem Reverendo patri in persona procuratoris sui predicti assignavit necnon eundem Reverendum patrem in realem actualem et corporalem possessionem dicte ecclesie et episcopatus Wintoniensis in spiritualibus et temporalibus cum suis Juribus prerogativis et pertinenciis universis in persona dicti procuratoris induxit. Qua intronisacione installacione et Inductione sic ut premittitur factis Decanus et Capitulum ac chorus eiusdem ecclesie Cathedralis Wintoniensis predicte solemniter psalmum Te Deum Laudamus decantaverunt ac campanas suas solemniter pulsari fecerunt. Post cuius quidem cantacionem dictus procurator Archidiaconi Cantuariensis eundem procuratorem Reverendi patris predicti ad domum Capitularem ecclesie Cathedralis Wintoniensis predicte adduxit ac in presencia Vicidecani et Capituli ecclesie Cathedralis locum prefato Reverendo patri in eadem domo capitulari Episcopo Wintoniensi assignari solitum in persona procuratoris predicti assignavit. Quo facto prenominatus procurator Archidiaconi Cantuariensis eundem procuratorem dicti Reverendi patris ad stallum episcopi Wintoniensis in Choro ecclesie Cathedralis ibidem iterum adduxit. Et dicto procuratore in stallo episcopi existente Decanus dicte ecclesie Cathedralis altam missam solemniter celebravit ac per tempus eiusdem misse procurator in stallo episcopi remansit quousque alta missa plenarie erat finita super quibus omnibus et singulis premissis dictus procurator nomine ipsius Reverendi patris me notarium publicum subscriptum dicto Reverendo patri unum vel plura publicum seu publica Instrumentum seu Instrumenta conficere instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub Anno Domini Indictione pontificatu mense die et loco superius sparsim specificatis Presentibus tunc et ibidem Venerabilis [*sic*] Viris domino Henrico Seymor

milite Thome Uvedale armigero Magistris Willelmo Adkyns Johanne Fyllers clericis domino Johanne Mychell Vicario de Preston Willelmo Laurens Roberto Stansby generosis Johanne Potinger et Gilberto Mather procuratoribus consistorii Wintoniensis cum multis aliis in multitudine copiosa ibidem congregatis, Testibus omnium et singulorum premissorum.

Et Ego Alexander Deringe Bathoniensis et Wellensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius Scriba in hac parte assumptus, Quia premissis omnibus et singulis, etc.

---

[*Commission to Edmund Stuarde, LL.D.*]

COMMISSIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI EDMUNDI STUARDE LEGUM DOCTORIS VICARII GENERALIS.

Johannes permissione divina Wintoniensis Episcopus dilecto nobis in Christo Magistro Edmundo Stuarde Legum doctore [*sic*] Salutem gratiam et benedictionem. Ad Cognoscendum et procedendum in quibuscunque causis et negociis litibus et querelis ad alicuius partis promocionem procurationem sive instantiam etiam ex officio mero mixtis vel promotis necnon in causis matrimonialibus et divorcii aliisque causis et negociis qualitercunque in nostro Consistorio episcopali Wintoniensi et alibi infra diocesem nostram Wintoniensem hactenus motis vel imposterum movendis, Quorum cognitio et decisio ad forum ecclesiasticum dinoscuntur pertinere ac eos et ea cum suis incidentibus emergentibus dependentibus annexis et connexis quibuscunque fine debito terminandi et finiendi potestatem et facultatem et auctoritatem nostras plenarias ad cognoscendum et procedendum in causis et negociis predictis ac eas et ea cum suis incidentibus et emergentibus huiusmodi finaliter terminandi et finiendi alii vel aliis personis idoneis, dandi et concedendi ac literas Commissionales desuper faciendi et sigillandi Eosque ac potestatem et auctoritatem huiusmodi quotiens tibi videbitur oportunum revocandi ac alios loco eorum deputandi Synodos insuper capitula visitaciones et alias congregaciones Cleri et populi dicte nostre diocesis tam generalia quam specialia quotiens opus fuerit faciendi ordinandi et celebrandi, Necnon totam nostram diocesem Wintoniensem ac clerum et populum eiusdem, Necnon Collegia hospitalia et alia loca pia nostre Jurisdictionis quecunque etiam ecclesiam nostram Cathedralem Wintoniensem tam in Capite quam in membris vice et nomine nostris quociens neccsse fuerit et

[Fo. 3d.]

ut Jura volunt actualiter visitandi Clerumque et populum huiusmodi ad predictas visitaciones convocandi et congregandi ac convocari faciendi Atque Jurisdictionem et auctoritatem nostras ordinarias in ea parte exercendi et exequendi Ac de statu ipsorum locorum et beneficiorum quoruncunque dicte nostre diocesis ac in spiritualibus et temporalibus diligenter inquirendi et inquiri faciendi Excessus quoque Crimina et delicta quorumqunque tam clericorum quam laicorum utriusque Sexsus; Secularium dicte nostre diocesis quacunque dignitate seu honore respective fungentium Ac comperta et detecta quecunque quociens expedire videbitur iuxta canonicas sanctiones et sacrarum legum dictamina corrigendi puniendi et reformandi, Necnon canonicas et salutares penitencias eisdem delinquentibus pro suorum Criminum excessium Culparum demeritorum et delictorum qualitate et quantitate iuxta sanam discrecionem tuam tibi a Deo datam assignandi infligendi et imponendi, Ac quascunque Iniunctiones legitimas eis iuxta effectum inquisicionis seu visitacionis tue inibi forsan facte in omnibus et singulis dandi ac faciendi Atque eos ad huiusmodi penitentiam perimplendam et fideliter peragendam Iniunctionesque predictas observandas per censuras et alia legum remedia compellendi et cogendi. Quascunque personas quecunque officia seu beneficia ecclesiastica infra diocesem seu Iurisdictionem nostras illicite occupantes seu obtinentes a suis officiis Administracionibus seu beneficiis ecclesiasticis huiusmodi per processum legitimum merito amovendi ac ab eisdem ad tempus vel pro perpetuo prout melius videbitur expedire in forma iuris suspendendi destituendi deponendi amovendi et privandi Quecunque insuper beneficia et dignitates ad nostram Collacionem iure dicti episcopatus nostri pertinentia seu ad nos iure devoluta aut devolvenda vel alias ad Collacionem nostram de iure composicione seu consuetudine quomodolibet pro tempore devenientia quibuscumque personis idoneis quas tibi primitus duxerimus nominandas seu quas vobis [*sic*] extra Regnum Anglie agentibus discretio tua ad ipsam duxerit merito preferendas et promovendas, vice et nomine nostris dandi et concedendi Electiones etiam quascunque infra dictas diocesem et Iurisdictionem nostras Wintonienses canonice factas et celebratas auctoritate nostra confirmandi et quosvis in quibuscunque hospitalibus collegiis et aliis piis locis nobis subditis canonice electos sive prefectos in ipsis locis cum eorum iuribus et pertinentiis universis canonice Instituendi Installandi et Inducendi ac Installari et in realem possessionem eorundem Induci mandandi electionesque Insuper minus canonice factas et celebratas si et

prout de Iure fuerit faciendum infirmandi cassandi irritandi et annullandi, Necnon quascunque personas idoneas ad quecunque beneficia ecclesiastica dicte nostre diocesis et Iurisdictionis qualitercunque vacantia et vacatura simpliciter vel ex causa fiende permutacionis et pensionis pro moderamine statuti parliamenti in hac parte editi et provisi assignandi seu ex quacunque alia iusta causa et rationabili legitime presentatas ad eadem admittendi ac in eis cum suis Iuribus et pertinentiis universis canonice Instituendi atque in realem actualem et corporalem possessionem beneficiorum huiusmodi Iuriumque et pertinentium suorum universorum inducendi inducive faciendi Licentiam insuper et licencias quascunque ad tractandum communicandum et concludendum et super annuis pensionibus congruis et competentibus de et ex fructibus obvencionibus et emolumentis quorumcunque beneficiorum huiusmodi qualitercunque assignandis et limitandis, Atque de et super quibuscunque causis et negociis per mutacionem beneficiorum huiusmodi aliasque licentias et dispensaciones cuiuscunque Tenoris aut efficacie existant in casubus a iure seu laudabili consuetudine tantummodo nobis premissis et reservatis quibuscunque personis tam verbo quam in scriptis concedendi et ad hoc faciendi ac ut beneficia predicta que de nostro patronatu seu collacione existant seu extiterint pro solucione secura earundem pensionum obligentur et onerentur ac censualia reddantur si opus fuerit consentiendi et consensum nostrum prestandi, Necnon quecunque decreta ordinaciones et provisiones de et super pensionibus predictis assignandi moderandi et limitandi faciendi ferendi promulgandi et interponendi Deque et super iure patronatus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum dicte nostre diocesis Wintoniensis quibuscunque nominibus censeantur, Necnon de et super Ruinis et dilapidacionibus hospitalium ecclesiarumque collegiatarum et parochialium ac earum rectoriarum et vicariarum perpetuarum dicte nostre diocesis et Iurisdictionis Etiam et dicte nostre ecclesie Cathedralis Wintoniensis inquirendi et inquiri faciendi ac commissiones quas-
[Fo. 4.] cunque in ea parte atque pro expedicionibus et expediendis negociis quorumcunque permutacionum alii et aliis in debita iuris forma concedendi ac desuper in forma debita scribendi et committendi, Necnon de et super heretica pravitate Crimineque et Criminibus hereseos et aliis Criminibus excessibus et delictis quorumcunque subditorum nostrorum tam clericorum quam laicorum predictorum quantumcumque enormibus ac cognicionem tamen reformacionem et iudicium ecclesie spectantibus et pertinentibus quociens et quantum visum fuerit expedire

ubicunque locorum infra diocesem nostram Wintoniensem similiter inquirendi et inquiri faciendi ac contra eos iuxta iuris ecclesiastici et statutorum parliamenti Regni Anglie procedendi et cognoscendi Ac processus decreta et sentencias quecunque promulgandi faciendi et interponendi Clericis dicti [*sic*] nostre diocesis et Jurisdictionis secularibus ut a quocunque episcopo Catholico execucionem officii sui ubilibet infra regnum Anglie seu alibi obtinente tam ad minores quam ad omnes sacros presbiteratus ordines licete [*sic*] valeant promoveri licentiam tam verbo quam in scriptis dandi et concedendi, Ac Cuicunque episcopo Catholico huiusmodi ad celebrandum et conferendum ordines predictos omnes et singulos in dicta nostra diocese temporibus congruis ac a iure statutis Baptisatosque fronte crismandi et confirmandi et reconsiliandi Calicesque et vestimenta altaria et Campanas benedicendi et etiam sanctificandi Ceteraque omnia et singula que ad ordinem et Carecterem officii episcopi pertinere dinoscuntur faciendi exercendi et expediendi vices auctoritatem et potestatem nostras plenarias dandi prebendi committendi et prestandi, Clericos preterea infra dictam diocesem et iurisdictionem nostre [*sic*] Wintoniensem quoscunque super quibuscunque Criminibus et excessibus Coram iudicibus secularibus irretitos seu convictos et convincendos qui de iure et statutis Regni Anglie gaudere debeant privilegia [*sic*] Clericali ut moris est vindicandi calumpniandi petendi et recipiendi faciendi procurandi et obtinendi atque super hoc alii vel aliis persone vel personis idoneis prout melius videbitur expedire vices et potestatem tuas immo verius nostras committendi Clericorumque convictorum huiusmodi purgacionem per compurgatores idoneos admittendi et eos ut Justum fuerit a Carceribus nostris liberandi. Breviaque Regia nobis directa debite exequendi et sicut convenit retornandi et certificandi et sic exequi Retornari et certificari faciendi et mandandi Quecumque etiam beneficia dictarum nostrarum diocesis et Jurisdictionis quocunque nomine censeantur propter exilitatem et exiguitatem fructuum reddituum et proventuum eorundem seu ex alia iusta rationabili causa canonice secundum formam statuti huius Regni Anglie prescripti uniendi annectendi appropriandi et incorporandi nostrosque consensum et assensum pastorales in ea parte quomodolibet requisitos dandi prestandi nomine nostro prebendi. Ad hec quascunque Composiciones ac officiorum quorumcunque donaciones et Concessiones aliasque literas patentes cuiuscunque tenoris nature aut efficacie existant, In quibus consensus approbacio et Confirmacio nostre quomodolibet requiruntur vice et nomine nostris confirmandi approbandi ratificandi et consolidandi.

Testamenta preterea tam clericorum quam laicorum beneficiatorum et non beneficiatorum quam aliorum utriusque sexus laicorum quorumcunque infra diocesem et Jurisdictionem nostras Wintonienses ubilibet decedentium quorum approbaciones et insinuaciones nobis de iure composicione aut consuetudine pertinere dinoscuntur approbandi et insinuandi ac pro viribus et valore eorundem Testamentorum pronunciandi decernendi et declarandi Necnon Administracionem omnium et singulorum bonorum Catallorum Jurium et creditorum Testatores et Testamenta huiusmodo qualitercunque concernentium etiam si ab intestato vel per viam intestati decesserint illi vel illis cui vel quibus de iure statutis composicione vel consuetudine Administracio illa committenda fuerit in forma iuris committendi Compotumque calculum sive Raciocinium de et super bonis administratis in ea parte audiendi recipiendi approbandi et allocandi et si opus fuerit reprobandi et disallocandi ac bene et fideliter computantes ab officio salvo iure cuiuscunque in forma iuris dimittendi finaliter et pro perpetuo liberandi acquietandi et exonerandi Acquietantias sufficientes et de iure valituras ac finales dimissiones desuper faciendi sigillandi et liberandi ac sic fieri sigillari et liberari mandandi et faciendi, Quoscunque insuper fructus redditus proventus decimas oblaciones quorumcunque hospitalium Collegiorum et aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunque dicte nostre diocesis et Jurisdictionis Ac bona catalla Jocalia iura et credita quorumcunque subditorum nostrorum clericorum et laicorum beneficiatorum, Cuiuscunque dignitatis existant in Casibus de iure composicione seu consuetudine qualitercunque premissis sequestrandi et sequestrari mandandi ac Custodiam Sequestri huiusmodi personis idoneis committendi et huiusmodi sequestrum quotiens et quando tibi videbitur oportunum relaxandi. Procuraciones denique Decimas fructus pentiones porciones denarios oblaciones legataque donata et proventus ac cetera iura feoda emolumenta spiritualia et Ecclesiastica quecunque nobis iure et nomine dicte Ecclesie nostre Cathedralis sive Episcopatus nostri Wintoniensis qualitercunque pertinentia et spectancia petendi exigendi levandi Colligendi et ad usum nostrum recipiendi et conservandi, Ac quoscunque ea detinentes seu Iniuste subtrahentes coram iudicibus ecclesiasticis et secularibus de et super per eos detentis et subtractis huiusmodi nomine nostro ac omnibus via modo et forma melioribus quibus sciveris aut poteris conveniendi prosequendi et Implacitandi ac huiusmodi detenta et subtracta per iuris remedia seu alias recuperandi et obtinendi, Atque
[Fol. 4d.] quoscunque bene et fideliter solventes et satisfacientes de

